



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

7. Tria principia naturalia in fieri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

(199)

S Y M B O L U M 6.

*Tria in corporali creaturā , Materia , Forma , Proprietas.*

**A**ngelus archetypus Triadis præfulget olympo,  
Archetypus terris , est micro-cosmus , homo.  
Quin & res reliquæ referunt vestigia Trini  
Materiâ , Formâ , Proprietate , Dei.  
Sic Trias ens simplex se sub velamine nobis  
Hic cognoscendam præbet ubique Tribus.

S Y M B O L U M 7.

*Tria principia naturalia in fieri , Materia , forma , privatio.*

**F**ætarum tria traduntur primordia rerum ;  
Ex nihilo , primū condita materies.  
Moxquè secuturam præjens privatio formam ,  
Tamquam majori cedere nata locum.  
Influxu Triadis (a) subiecto ritè parato ,  
Entibus a reliquis forma sequestra datur.

(a) Infinuitur animam rationalem quæ est forma spiritualis per se subsistens non fieri per traducem , nec educi de potentia materiae sedia soli Deo creari & corpori dispositio infundi.

S Y M B O L U M 8.

Tria sunt in composito , in facto esse ,  
*Materia , forma , Vnio.*

**N**aturæ referans arcana scientia , monstrat  
Hanc Triadem , ut Matrem , filia grata , suam .  
Compositi structura tribus coalescit in unum ,  
Materie , formâ , nexus utramque ligat .  
Materies Pater est , Patrisque simillima forma  
Filius , amborum forte ligamen Amor .

SYM-